

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Nemeus victor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## FUNUS. CAP. XVIII.

**E**A quoque apud aliquos inter ferales habita. Nam apud Rhodios ludi funebres in honorem Tle-  
polemi celebrabantur ab impuberibus pueris Populo coronatis.

Quod d'neque  
femin. n. &  
fructus fo-  
rat.  
Plin. lib. 17.  
610.

## TEMPUS. CAP. XIX.

**P**Er eam tempus etiam indicabant: propterea quod arbor ea bicoloribus sit solis prædita, ex quo  
principias ipsius temporis partes, quippe diem ac noctem referre videatur. Ideoque Probus  
Herculi dicatam ait, quod Physici tempus per Herculem interpretantur. Quinetiam hoc habet Po-  
pulus commune cum tempore, quod ejus folia post solstitium circumaguntur: nec alio argumento  
certius intelligitur fiducia confectum, ait Plinius. Sunt vero & alii arbores, quæ solis bicoloribus va-  
riz conspiciuntur, ut salices, oleæ, citri: in illis tamen color pene idem, licet ab una parte dilutior, ab  
altera densior atq; coloratior habeatur. In populo vero, hac præsertim quæ alba nuncupatur, nam de planta.  
**B**ea ei<sup>l</sup> acide gratissima, ut Maro, & in ejusmodi accipitur significatum, candor ex una parte pene ni-  
veus ac ceruſatus, ex altera porracei folii instar validissimus. Narrant nonnulli fabulam, Herculem  
cum ad inferos descendit, ejus arboris coronam gestasse, atque eam foliorum partem quæ foris con-  
ſpicua erat, fuligine tetri chaüs obscuratam, quæ interius condebatur sudore ablutam candidorem  
evaluisse: inde cum surculos eos in Acheruntis ripa sevisset, seminium id late propagatum. Sedenim  
ut apud Pausaniam est, Hercules Populum album ex Thesprotide regione juxta Acherontem flu-  
vium genitam ad Gracos transtulit, atque hinc locus fabula datus. Acheron enim Thesprotidis flu-  
vius leuem, quæ alba est Populus, passim fert, perinde ac Alpheus olastrum, Aopos Bacotia juncos,  
Menander myricas, Perseam Nilus.

## DE APIO. CAP. XX.

**E**X herbis vero ante alias omnes maximè ferale est apium. Neque tamen hic ego contendem, Plin. lib. 17.  
C<sup>ap. 8.</sup>  
Ex utrum Selinon atque Petroselinon idem sint, an aliquid inter se diffideant, quam provinciam  
sibi docūsum hac atate viri suscepere, satis habiturus, si, quæ ad hieroglyphica quomodocumque  
pertineant, significata commemoravero.

Ἐν Νεμέᾳ  
ἐκ στλί-

## NEMEES VICTOR. CAP. XXI.

**H**ominem apio, verum eo viridi, coronatum, Nemeeorum vietorem significare magis vulgatum πλευρέ-  
ſi, quam illa indigent repetitione. Quiodque ea certamina in Archemori, ita ab Amphiarao voc. Coro-  
vocata, celebratam instituta esent: quamvis nonnulli dicant, Herculem Nemeo Leone domi- na in Ne-  
to certamen id sacravisse, cuius pretium apium esse voluerit. Ideoque Leonis herbam apium appellat ex an-  
natum, de qua Pindarus Numēeis Alcimedæ Aigineta, Βούδα τίνι πολ' αλέοντο νηνδουλι. Hislo-  
nia tradidit herbulam hujusmodi ex Archemori sanguine progenitam. Alii volunt inde Leonis her- lucianus,  
bam dictam, quod apium in Nemea latissime vulgoque proveniret, qua Leo ibi verlatus affluenter Di Gymna-  
admodum pasceretur.

σι.

## LUCTUS. CAP. XXII.

**N**imirum igitur apium luctus indicium est, quandoquidem herba ea, ut Pindari interpretes  
ajunt, est inferis sacra, luctuque dedicata. Nam, ut Græci authores prodidere, terrestre admō-  
dum est: effunditur enim libenter humi, plurimumq; occari gaudet, ut solo propinquius adhæ-  
cat. Satum ejus semen, ut anicula nostra fabulantur, ad inferos proficiscitur, prius quam enasco-  
tur. Orta inde fabula, quod ob soliditatem atque duritiem, qua præditum est, aliquanto diutius  
quam alia intra terra viscera thorari videatur. Itaque mortalis Opheltes, qui mox Archemorus, ter-  
reno fuit honore decorandus: ex quatuor enim illis insignioribus certaminibus, Olympiis, Pythiis,  
Isthmiis, Nemeis, ut Archias:

Οἱ δὲ μὴ διντῶν, οἱ δὲ δι' αἴγανα ταῦ.  
Sunt duo mortali sunt duo sacri Deo.

Nnnn 3

Morta-